



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus, Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus, apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1709

Sententiæ declaratoriæ excommunic. contentæ in c. Conquesti de sent.
excom. Form. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

Sententiæ Declaratoriæ

F O R M U L A III.

Visa relatione N. in actis nostræ Curiæ exhibita super violenta effractione valvarum (sive fenestræ , sive parietis) Ecclesiæ S. N. loci N. hujus nostraræ Diœcesis ; sequita die.... & super ablatione , furto , & spoliatione supellestilium sacrarum , aliorumvè mobilium ejusdem Ecclesiæ : visa recognitione corporis delicti per visum , & repertum formiter facta , nec non examinibus testium , per visum de personis patrati facinoris reis deponentium nominatim , visa citatione per Edictum , totoque processu desuper construeto dicimus , & declaramus , constare de effractione , & spolio , & ideo N. & N. loci N. iniquitatis filios violentæ effractionis , & spoliæ Autores , incidisse in excommunicationem majorem contentam in c. conquisti 22. de sent. excom. & in alias pœnas à S. Canonibus contra Sacrilegos Ecclesiarum effractores infictas , & esse publicè denunciando , prout per affixionem Cedulonum in locis publicis denunciari mandamus , omni &c.

N. Vic. Gen.

Loco ☩ Sigilli .

N. Actuarius .

Denunciationis , si Cedulonum .

F O R M U L A IV.

S U M M A R I U M .

- 1 Effractores Ecclesiarum sunt ipso jure excommunicati quando cum effractione adeat furtum .
- 2 Hodie sunt ipso jure excommunicati fures rerum Ecclesie vigore Concilii Trident.
- 3 Qui dicantur effractores Ecclesiarum , ostenditur .
- 4 Ecclesia enormiter effracta , seu combusta , quando indigeat , vel non , nova consecratione , indicatur .

- 4 Excommunicatio est publicanda contra personas certas , & nominatim .
- 5 Presumptiones juris , sunt liquide probatae .
- 6 Pœna sacrilegi est multiplex , & Judicis arbitaria .
- 7 Sacrilegium quomodo , & quando commissum dicatur , ostenditur .
- 8 Delictum sacrilegii est mixti fori .
- 9 In delicto sacrilegii , quando detur preventio , ostenditur .
- 10 Effractores Ecclesiarum cum spolio sunt ubique persequendi .
- 11 In delictis mixti fori , reus absolutus ab uno Judice , non potest ab altero molestari , quando Judices sunt ejusdem Monarchie .

Hic auctoritate ordinaria denunciantur excommunicati majori excommunicatione S. N. Papæ reservata N. & N. de loco N. iniquitatis filii ; ex eo quia violenter confregerunt valvas (sive fenestram , sive parietem) Ecclesiæ S. N. loci N. hujus Diœcesis , & inde suppellestilia sacra , & alia mobilia ejusdem Ecclesiæ furto abstulerunt . Ut igitur memorati sacrilegi effractores ab omnibus Christi fidelibus vitentur , & abhorreantur , præsentes publicari jussimus , & tamdiu à communione fidelium eliminati , & anathematizati

D 4 exi-